UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Breuiarius Moguntiu[m]

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Le. iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

Da nobis queſumus dñe ꝑ-
ſeuerantē in tua volũtate fa
mulatum: vt in dieb9 noſtris
⁊ merito ⁊ numero populus ti
bi ſeruiens augeatur. Super
mag. añ. Quidã aũt iudei di
cebant quia bonus eſt: alij au
tem dicebant non: ſed ſeducit
turba s. Feria quarta S. Jo.
In illo tempe: Facta ſũt
encenia in hieroſolymiſ
⁊ hyems erat. Et reliq̃. Ome
Encenia lia lectionis eiuſdẽ
plurali numero vocabat feſti
uitas dedicatiõis templi quã
populus iudeoꝝ ex antiq̃ pa-
trum conſuetudine per annoſ
ſinglos celebrare ſolebat. En-
ceniare grece initiare vel icho
are latine dicitur. Tu autem
domine miſerere no. Lectõ ij
Uerum non ab re eſſe credẽ
dum eſt quod ſanctus euãge-
liſta temp9 quoq; quo iſta de
dicatio facta eſt intimare cura
uit dicẽs Et hyems erat. Per
hoc quippe oſtendit ꝙ hec en-
cenia non ad primam dedica
tionem templi ſed ad eaz que
vltima fuit pertinent. Tu au
tem domine miſerere nobis.
Tertio nanq; ipſum Le. iij
templum dedicatum in ſãctiſ
litteris inuenimus. Prima ſi
quidem eius dedicatio a ſa-
lomone in magna gloria ⁊ re-
gni totius pace autumnali tẽ
poꝛe facta eſt. Secunda a zo

robabel ⁊ Jeſu ſacerdote ma-
gno ⁊ reliquis filijs tranſmig̃
tionis veris tempoꝛe perfecta
eſt. Tertia a iuda machabeo
⁊ fratribus eius hyemis tem-
poꝛe peracta eſt: Tu autẽ do-
mine miſerere nobis. Cap.
Non facias calumniam ꝓxi
mo tuo nec vi opprimas eum
non moꝛabitur opus mercen
narij tui apud te vſq; mane.
Deo gratias. Super bened.
añ. Oues mee vocem meam
audient ⁊ ego domin9 agno-
Sanctificato Col. ſco cas.
hoc ieiunio deus tuoꝛum coꝛ
da fideliũ miſeratoꝛ illuſtra.
⁊ quibus deuotionis preſtas
affectum pꝛebe ſupplicantib9
pium benignus auditũ Per
dominum noſtrum ieſũ chri-
ſtum filium tuum Qui. ⁊c.
Adeſto ſup- Sup populuz.
plicationib9 noſtris omp̃s de
us: ⁊ quib9 fiduciã ſperãde pi
etatis indulges conſuere mi-
ſericoꝛdie tribue benignus ef
fectum. Sup mag. añ. Mul
ta bona opera operatus ſum
vobis ꝓpter quod opus vult;
me occidere. Feria quinta.
Et factum Lectõ prima
eſt verbum domini ſecũ
do ad me dicens. Quid tu vi
des. Et dixi Ollam ſuccenſã
ego video: ⁊ faciem eius a fa-
cie aquilonis. Et dixit do-
minus ad me: Ab aquilone